

facientes. Qui uero contra predicta fecerit, pro qualibet die qua extra naue steterit, penam de quadraginta soldis incurrat (12). Statuentes, ut omnes marinarii nauis a patrono uel a patronis nauis astringantur sacramento (13) manifestare patrono uel patronis ac scribano nauis, nec non et baiulis et rectoribus locorum (14) et ciuitatum bui pro nobis et comuni Ueneciarum extiterint (15) in terris in quibus nauis portum (16) fecerit, omnes contra predicta facientes (17); tunc uero nostri baiuui uel rectores illius loci (18) dictam penam eis (19) pro nostro co- A. 195  
muni exigere debeant et auferre. Et eciam hic in Uene- cias teneantur dicti marinarii infra octauum diem post redditum eorum in Uenecias nostris consulibus declara- re (20); et tunc ipsi (21) consules infra quindecim dies postquam habuerint in noticia, penam predictam exigere debeant et auferre. Si uero (22) dictam penam au- ferre non poterunt (23), nos cum nostro consilio, infra quindecim dies (24) postquam nobis fuerit declara- tum, eam auferre uel auferri facere teneamur. Cuius pene due partes in nostrum comune deueniant, tercia uero in accusatorem beat euenire (25). Hoc intelligimus in naue et banzono et buzonaue uel alio (26) ligno de ducentis (27) milliariis et inde supra.

St. Tiep. D.

(12) Qui autem f. c. p. pro omni die quo fuerit e. n. et steterit penam soldorum XL incurat — (13) Statuimus quod a p. uel p. n. marinarii s. a. — (14) baiulus et l. r. — (15) fuerint — (16) p. n. — (17) omnes *omesso*, f. c. p. — (18) rectores nostri uel baiuli — (19) eis *om.* — (20) c. muni excutere teneantur et accipere. Et in Ueneciis marinarii, infra octo dies postquam Uenec. intrabunt, manifestare nostris consulibus teneantur — (21) nostri — (22) infra dies XV dictam penam teneantur excutere postquam eis dictum fuerit. Si autem — (23) n. p. excutere — (24) dies XV — (25) nobis dictum fuerit eam accipere uel accipi [et] tollere faciemus. De qua pena comune habeat duas partes et accusator terciam — (26) nave et omni — (27) CC